UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Epilogus Vniversi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

habere omnes divitias mundi, & eſſe Chriſto ...lis: amo inſignia Chriſti: amo, quod Chriſtus ...: amo ſequi Caput noſtrum, Exemplar noſtrum, ...trem noſtrum primogenitum.

...unc ſatiabitur anima mea in hac vita, cùm fuerit ...ta opprobris, ac doloribus Chriſti. Dicant alij, 1 ...luerint, *Tunc ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua*: ...dicam, ſicut alij legunt; *Tunc ſatiabor, cùm affle... ...fuero ad ſimilitudinem tuam*, ô Chriſte meus, & ...um meum.

CONSIDERATIO XLIII.

AMOR DEI,

Epilogus Vniverſi.

OMnes creaturæ ultimò reſolvuntur in Amorem. Nam ſi quæras, Quare ſint? reſpondebo, Quia Deus eas creavit. Si porrò quæras, Quare creave...? reſpondebitur, Quia illas amavit. Idem dicen...m eſt de S. Scriptura, quæ tota reſolvitur in Legem Amoris. Igitur Amor eſt finis, & ultima reſolutio Vniverſi. Hinc diſce, quis debeat eſſe finis, quæ ...ma reſolutio actionum tuarum. Cùm ſtudes, ...eas propter Scientiam, cùm perveneris ad Scien...m, in ea non ſiſtas, ſed pergas ad Amorem. Cùm ne...tiaris, finis ſanè ſit lucrum; ſed lucri finis ultimus ...et eſſe Amor. Cùm cibum ſumis, ſumè, ut vivas; ...s autem, ut ames.

Ecce regulam vitæ æternæ: Omnia propter Amorem, ...or propter ſeipſum. *Amo, quia amo. Qui amat, ...at & aliud novit nihil*, ait S. Bernardus. *Quia hic eſt ..., hæc eſt conſummatio, hæc eſt perfectio, hæc eſt pax, ...eſt gaudium*; quies, & gloria noſtra.

O Amor Sancte, per quem omnia, & ſine quo nihil! ...per, cùm nihil habet, ſi amat, eſt dives: ac dives,

etiamſi

etiamſi habeat multos theſauros, ſi non amat, eſt pauper. Quia amat, eſt dives in paupertate: qui non amat, eſt pauper in divitiis. Ecce modum diteſcendi, modum congerendi theſauros, Amare. Ama, & hoc eſt: *Amo Amorem*, neque aliud, volo, quam amorem: amare, & amari, non à mundo, aut alia creatura, ſed Deo ſolo.

CONSIDERATIO XLIV.

AMOR DEI,

Amor CHRISTI,

SUblevat Amor in Deum, ſed mediante amore Chriſti. Audi Apoſtolum? *Vos Chriſti*, *Chriſtus DEI*. Vos eſtis Chriſti, 1. velut ſervi ipſi donati à Patre. *Poſtula à me*, *& dabo tibi Gentes hereditatem tuam*. 2. ut ſervi redempti ſanguine ipſius. *Empti eſtis pretio magno*. 3. ut ſervi debiti dignitati ipſius Perſonæ. Cum ergo toti ſimus Chriſti, tanquam finis proximi & immediati, debemus à Chriſto ſumere amoris noſtri principium, amando ſacram illam Humanitatem ſacrum illud corpus, illam ſacram Animam.

O Amor Dei, amor Chriſti! Doctrina tradita & oraculo ipſius Chriſti; *Pater amat vos*, *quia vos me amaſtis Iob 16.* Ecce ut ab Amore Chriſti hominis aſcenditur ad Amorem Chriſti Dei, ſecundum Apoſtolum, prius eſt regnum Chriſti regno Dei: regnum Chriſti eſt amare, & amari à Chriſto: & regnum Dei amare, & amari à Deo.

Hinc idem Apoſtolus fulminat hanc gravem ſententiam contra peccatores, 1. *Cor* 16. *Qui non diligit Dominum IESVM, anathema ſit*, ſegregatus à numero electorum in hac vita, ſicut in altera ſeparatus erit à numero Beatorum. Quia qui recedit à medio, impedit ſe ipſum à fine.